UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici, Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

16. Sepultura Ecclesiastica hæretici.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

Visual Library

feratur, ut poſtea reſignantis affini reſtituam, aut penſionem aliquam , vel ex fructibus partem dem. Vide cit. §. 8. & Nau. c. 23. n. 109.

XVI. Tradentes ſepulturæ Eccleſiaſticæ corpora hæreticorũ, credentium, receptatorum, defenſorum vel eorum fautorum, nec abſolui debent, niſi propriis manibus extumulent ſepultos.

l. 5. Decret. in 6. tit. 2. de Hæreticis. Cap. Quicunque Hæreticos.

Violatur enim locus Sacer ſi quis excommunicatus in Eccleſia vel Cæmæterio ſcienter ſepeliatur.

Ex Cap. Conſuluiſti. de Conſecratione Eccleſiæ lib. 3. decret. tit. 40.

Quod tamen poſt Concil. Conſtantienſis indulgentiam, ſolùm intelligitur de nominatim excõmunicatis, aut notoriis

toriis percuſſoribus Clericorum, niſi ſimul eſſent infideles, à quorum communione non quidem propter titulum excommunicationis, ſed infidelitatis eſſet abſtinendum.

Hinc collige in Germania per Hęreticorum ſepulturas nec templa, nec cœmeteria pollui, niſi fortè ſint denunciati aut nominatim excommunicati, notorii percuſſores Clericorum. Quamuis Ordinarii locorum, & Parochi laudabiliter hoc genus hominum iuxta veterum Canonum decreta, & rigorem vbicunque commodè queunt, à locis conſecratis excludunt. *Tan. t. 4. di. 5. q.* 10. *dub. 2. n.* 30. Notorius Percuſſor Clerici ille cenſetur, adeoque vitandus qui vel Notorietate Iuris vel Notorietate facti ita notus eſt, vt nulla tergiuerſatione cęlari factum propter euidentiam queat, neque ali-

quo Iuris ſuffragio, v. g. allegatione vim vi repuliſſe, conditionem vel perſonam Clerici ignoraſſe, Habitu Clericali illum caruiſſe, excuſari. Atque percuſsio fiat coram tot oculatis teſtibus, vt communitatis, vbi ſaltem decem ſunt, maiori parti innoteſcat.

Caput